Haec dīxit Androclus, eaque omnia populō dēclārāta sunt, atque ideō, cūnctīs potentibus, dīmissus est Androclus et poenā solūtus,<sup>2</sup> leōque eī suffrāgiīs populi s dōnātus est. Posteā vidēbāmus<sup>3</sup> Androclum et leōnem, lōrō tenuī revinctum, urbe tōtā circum tabernās īre, dōnārī aere Androclum, flōribus spargī leōnem, omnēs ubique dīcere: "Hīc est leō hospes hominis; hīc est homō medicus leōnis."

10

## 42. *A Little Bird Teaches Self-reliance*

Aesōpus,<sup>4</sup> ille ē Phrygiā fābulātor, haud immeritō sapiēns exīstimātus est, nam quae ūtilia erant,<sup>5</sup> nōn sevērē neque imperiōsē praecēpit, ut philosophis mōs est, sed rēs salūbrēs in mentēs animōsque hominum cum quādam inlecebrā induit. Haec eius fābula dē<sup>15</sup> aviculae nīdulō lepidē atque iūcundē monet, spem<sup>6</sup>

1. ad bēstiās: of the arena.

2. solūtus: from solvō.

3. vidēbāmus: we used to see.

4. Little is known about Aesop, whose name is connected with so many fables. He is supposed to have been a

Greek writer of the latter half of the sixth century B.C.

5. The philosophers teach sternly and arbitrarily, but Aesop both teaches and delights.

6. spem . . . : the teaching of the story is here given in the indirect form.

haud umquam in aliō, sed in sēmetipsō<sup>1</sup> habendam esse.

Avicula, inquit, est parva, cui est nōmen cassīta. Habitat nīdulāturque in segetibus, eō ferē<sup>2</sup> tempore, ut appetat messis pullis iam iam plūmantibus. Ea cassīta in sēmentibus forte nīdum fēcerat tempestiviōribus.<sup>3</sup> Proptereā, frūmentīs flavēscētibus, pullī etiam tunc involucrēs erant.

Dum igitur ipsa īret ut cibum pullis quaereret, eōs ita monet: "Sī quid fiet aut dīcētur,<sup>4</sup> animadvertisite, ut mihi, ubi redībō, nūntiētis."

Dominus segetum illārum filium vocat et "Vidē!" inquit, "haec seges ēmātūruit et manūs iam postulat! Id circō crās, ubi primum dilūculābit,<sup>5</sup> rogā amīcōs nostrōs ut veniant et hanc messim nōbīs metant."

Haec ubi ille dīxit, discessit. Atque ubi redit cassīta, pulli tremibundi ōrant mātrem, ut iam statim properet inque alium locum sēsē asportet. "Nam dominus," inquiunt, "amīcōs rogāvit uti lūce oriente veniant et metant."

1. *in one's own self.* -met is sometimes used to emphasize the pronouns, and occasionally, as here, *ipse* is added to give increased emphasis.

2. *eō ferē . . . :* usually at such a time that the harvest is approaching when the young birds are just on the point of

*feathering out.* *pullis plūmantibus* is Ablative Absolute.

3. *in sēmentibus . . . tempestiviōribus:* *in the earlier grain,* i.e. that ripens earlier.

4. *sī quid fiet aut dīcētur:* whatever is said or done.

5. *ubi primum dilūculābit:* as soon as it is light.

Māter iubet eōs ōtiōsō animō<sup>1</sup> esse: "Si enim dominus," inquit, "messim ad amīcōs reicit, crās seges nōn metētur neque necesse est hodiē uti vōs auferam."



Diē posterō māter in pābulum volat. Dominus, quōs rogāverat exspectat. Sōl fervit, et fit nihil. It  
 i. ōtiōsō animō: *of calm mind*, Ablative of Characteristic.

diēs, et amīcī nūlli veniunt. Tum ille rūrsum ad filium : "Amīcī istī," inquit, "cessātōrēs sunt. Quīn potius īmus<sup>1</sup> et cōgnātōs adfinēsque nostrōs rogāmus, ut adsint crās et metant ?"

5 Itidem hoc pulli pavēfactī mātri nūntiant. Māter hortātur ut tum quoque sine metū ac sine cūrā sint. "Cōgnātī adfinēsque nūlli fermē tam sunt obsequibilēs," ait, "ut<sup>2</sup> nihil cūnctentur et statim dictō oboe-diant. Vōs modo advertite, si quid dēnuō dicētur."

10 Aliā lūce ortā, avis in pāstum profecta est. Cōgnātī et adfinēs operam, quam dare rogātī sunt, nōn dedērunt. Ad postrēnum igitur dominus filiō : "Valeant,"<sup>3</sup> inquit, "amīcī cum propīnquīs. Adferēs prīmā lūce duās falcēs. Unam egomet<sup>4</sup> mihi, et tū 15 tibi capiēs alteram, et frūmentum nōsmetipsī<sup>4</sup> manibus nostrīs crās metēmus."

Id ubi ex pullis dīxisse dominum māter audivit, "Tempus," inquit, "est cēdere et abire. Fiet nunc dubiō procul id quod dīxit." Atque ita cassīta nīdum 20 migrāvit; seges ā dominō dēmessa est.

Haec est Aesōpi fābula dē amicōrum et propīnquōrum levī plērumque et inānī fidūciā. Hanc Aesōpi fābulam Q. Ennius venustē versibus composuit, quōrum<sup>5</sup>

- |   |  |
|---|--|
| 1. quīn potius īmus: why<br><i>do we not go rather?</i>               | <i>to friends and relatives!</i><br>4. See note 1, p. 42.<br>5. quōrum . . . est: the<br><i>last of which it is worth while</i><br><i>to have in mind.</i> |
| 2. ut . . . cūnctentur: that<br><i>they will not hesitate at all.</i> | <i>to have in mind.</i>  |
| 3. valeant . . . : good-by  |  |

postrēmum habēre cordi et memoriae operae pretium est:

Nē quid<sup>1</sup> exspectēs amicōs, quod tūte<sup>2</sup> agere possiēs.<sup>3</sup>

### 43. *Large Thoughts in Few Words*

Si vīs ad summum<sup>4</sup> prōgredī, ab īfimō<sup>4</sup> ūrdire.<sup>5</sup> — SENECA.<sup>6</sup>

Īra furor brevis est. — HORACE.<sup>7</sup>

Dīmidium<sup>8</sup> facti qui coepit habet. — HORACE.

Nōn<sup>9</sup> ignāra malī miseris succurrere discō.

— VERGIL.<sup>10</sup>

Aliēna vitia in oculis habēmus; ā tergō nostra sunt.

— SENECA.

1. **quid, amicōs: exspectō**  
has here two accusatives, the  
usual construction with verbs  
of asking, demanding, etc.

2. **tūte: you yourself. -te**  
has the force of -met.

3. **possiēs: an old form**  
**equivalent to possis.**

4. **ad summum: to the top.**  
**ab īfimō: at the bottom.**

5. Imperative of ūrdior.

6. The author of this senti-  
ment is **Lūcius Annaeus Seneca**,  
the moralist and philosopher  
who became the tutor of Nero.

7. **Quintus Horātius Flaccus**,  
whose lyric poetry is still read  
in all collegiate classical courses.

8. We say, Well begun is  
half done.

9. **nōn ignāra malī: not**  
**unacquainted with misfortune**  
**myself, I learn, etc.** Dido  
utters the sentiment; hence  
the feminine form, **ignāra**.

10. **Pūblius Vergilius Marō**,  
whose epic poem, the *Aeneid*,  
has been for nearly twenty cen-  
turies an important factor in  
liberal culture.

Potentissimus est qui sē habet in potestāte.

— SENECA.

Est profectō Deus qui quae nōs gerimus audit et videt. — PLAUTUS.<sup>1</sup>

Magnum iter adscendō, sed dat mihi glōria vīrēs.

— PROPERTIUS.<sup>2</sup>

5 Nisi ūtile est quod facimus, stulta est glōria.

— PHAEDRUS.<sup>3</sup>

Cinerī<sup>4</sup> glōria sēra est. — MARTIAL.<sup>5</sup>

Glōria virtūtem tamquam umbra sequitur.

— CICERO.<sup>6</sup>

Amīcum perdere est damnōrum maximum.

— SYRUS.<sup>7</sup>

Dēgenerēs animōs timor arguit. — VERGIL.

10 Stultōrum ēventus<sup>8</sup> magister est. — LIVY.<sup>9</sup>

Genus est mortis male vīvere.<sup>10</sup> — OVID.<sup>11</sup>

1. Titus Maccius Plautus, an early writer of comedies.

2. A poet who lived in the second half of the last century B.C.

3. Phaedrus put into verse form some of the fables of Aesop.

4. *cinerī:* *ashes,* i.e. the ashes of the dead.

5. Mārcus Valerius Mārtialis, the epigrammatist whose work is valuable for the information it gives of the life of the

Romans from Nero to Trajan.

6. Mārcus Tullius Cicerō, orator and statesman, whose works are numerous and valuable.

7. Pūblilius Syrus, possibly a slave, whose name is connected with many pithy sayings.

8. ēventus: *experience.*

9. Titus Livius, the greatest of the Roman historians.

10. *Evil living is a kind of death.*

11. Pūblius Ovidius Nāsō,

Ridē, sī sapis. — MARTIAL.

Magnum est vectigal parsimōnia.<sup>1</sup> — CICERO.

Leve fit quod bene fertur onus. — OVID.

Dulce et decōrum est prō patriā morī. — HORACE.

Calamitās virtūtis<sup>2</sup> occāsiō est. — SENECA.

Memoria est thēsaurus omnium rērum et custōs.  
— CICERO.

Sī vīs amārī, amā. — SENECA.

Homō doctus in sē semper dīvitiās habet.

— PHAEDRUS.

Ubi cūmque homō est, ibi beneficiō locutus<sup>3</sup> est.

— SENECA.

Homō<sup>4</sup> sum, et nihil hūmānī aliēnum ā mē putō.  
— TERENTIUS.<sup>5</sup>

Nihil aliud est ēbrietās quam voluntāria<sup>6</sup> insānia.  
— SENECA.

Nihil amās cum ingrātum amās. — PLAUTUS.

Beneficium accipere libertātem est vēndere. — SYRUS.

Faber<sup>7</sup> est suae quisque fortūnae. — SALLUST.

who wrote charming but rather light verse in the golden period of Roman literature.

1. *parsimōnia*: *thrift*.
2. *virtūtis*: *virtuous action*.
3. *locus*: *opportunity*.
4. *I am a human being, and nothing belonging to humanity do I regard as outside my interest.*

5. **Pūblius Terentius Afer**, who lived later than Plautus, and wrote comedies in more polished form.

6. Because the drunkard becomes intoxicated by his own act.

7. We say *architect*; the Romans said *smith*. Gaius Crispus Sallustius wrote history.

Nēmō liber est qui corporī servit.<sup>1</sup> — SENECA.

Vēritās numquam perit. — SENECA.

Aliēnum aes<sup>2</sup> hominī acerba est servitūs. — SYRUS.

Audendō<sup>3</sup> virtūs crēscit, tardandō<sup>3</sup> timor. — SYRUS.

5 Cuivis dolōrī<sup>4</sup> remedium est patientia. — SYRUS.

Dēliberandō<sup>3</sup> saepe perit occāsiō. — SYRUS.

Malum est cōnsilium quod mūtarī nōn potest.

— SYRUS.

Numquam perīculum sine perīculo vincitur.

— SYRUS.

Stultum est querī dē adversīs,<sup>5</sup> ubi culpa est tua.

— SYRUS.

1. *is a slave to.*

4. *cuius dolōrī: for any pain whatever.*

2. *Another's money was the regular expression for debt.*

5. *dē adversīs: about adversity.*

3. Ablative of the gerund.

# TALES OF EARLY ROME

## 44. *Aeneas comes to Italy*

Trōiā captā,<sup>1</sup> Aenēas cum patre<sup>2</sup> et paucis comitibus fūgērunt, et alium locum domiciliō<sup>3</sup> quaerēbant.



1. Trōiā captā: *after the fall of Troy*. The Greeks made war upon Troy, and after a siege of ten years captured the city through the stratagem of the wooden horse. According to Roman legend, Aeneas,

one of the Trojan chiefs, was the real founder of the Roman power.

2. The father, Anchises, did not live to reach the shores of Italy.

3. domiciliō: *for a home*.

Septem annos errabant. Denique ad ostium Tiberis pervenerunt, et cum Latino, rege incolarum illius regioinis,<sup>1</sup> pacem fecerunt. Latinus Aeneae filiam Laviniam in matrimonium dedit. Troiani oppidum condiderunt, quod Aeneas a nomine uxoris Lavinium<sup>2</sup> appellavit. Vergilius,<sup>3</sup> poeta clarissimus, multa scripsit de Troiae exitio et de eis rebus quas Aeneas in Italiā fecit.

Post Aeneae mortem Ascanius, filius Aeneae, regno natus. Hic sedem regni in alium locum transtulit, urbemque condidit in monte Albano, eamque Albam Longam<sup>4</sup> appellavit. Haec urbs longa erat et alba, qua de causa<sup>5</sup> nomen Alba Longa ei datum est. Multae coloniae deductae sunt alia in loca.<sup>6</sup>

- 1. The country between Rome and the sea.
- 2. Lavinium remained a long time in existence and its site is still occupied.
- 3. Publius Vergilius Maro: author of the *Aeneid* and other poems.
- 4. Nothing remains of Alba Longa. The town lay along the shore of beautiful Lake Alba on the mountains, in a much more healthful location than the fever-infested lowlands around Lavinium.
- 5. quā dē causā: for which reason.
- 6. The Romans spread their influence rapidly through colonies sent wherever an opening presented itself. Each colony was a miniature Rome. These facts account for the extent and the permanency of Roman occupation and civilization in the ancient world.



### 45. *Rome Founded*

Silviō<sup>1</sup> erant duo filii, Numitor et Amūlius. Hic, amōre imperī adductus,<sup>2</sup> pulsō<sup>3</sup> frātre, sōlus regnābat. Addit scelerī scelus, nam filium Numitōris interficit,

- 1. **Silviō**: Dative. Render, *influenced by love of power.*  
*Silvius had two sons.*
- 2. **amōre imperī adductus**: *having driven from the throne.*
- 3. **pulsō**: *from the throne.*

et geminōs filiōs Rheae Silviae, filiae Numitōris, rēx improbus iussit in Tiberim abici.

Eō tempore aqua Tiberis ultrā rīpās fluēbat. Aqua refluēns<sup>1</sup> puerōs in siccō reliquit. Lupa quae prae-  
teribat puerōs cūrāvit dōnec Faustulus, pāstor illius regiōnis, eōs sustulit, et uxōrī dedit.

Sic duo puerī, quibus erant nōmina Rōmulus et Remus, inter pāstōrēs ēducātī sunt.<sup>2</sup> Forte compe-  
rērunt quis ipsōrum avus esset. Amūlum interfēcē-  
runt, et Numitōrī regnum restituērunt. Tum urbem condidērunt in monte<sup>3</sup> prope Tiberim, ubi ēducātī erant, quam urbem Rōmam vocābant.

#### 46. *Romans and Sabines Fight*

Itaque Sabīnī<sup>4</sup> bellum parant et arcem<sup>5</sup> occupant. Exercitus Rōmānus in campum,<sup>6</sup> ubi nunc Forum Rōmānum est, dēscendit. Sabīnī, Mettiō Curtiō dū-  
cente, idem fēcērunt. Proelium commissum est. Hostius Hostilius, princeps Rōmānōrum, cecidit. Cōfēstīm aciēs Rōmāna inclīnābātur fūsaque est.

1. **refluēns**: *when it flowed back, i.e. into its accustomed channel.*

2. **ēducātī sunt**: *were brought up.*

3. The Palatine.

4. Some Sabine maids had

*been stolen by inhabitants of the new settlement on the Palatine. The Sabines therefore made war.*

5. **arcem**: the Capitoline.

6. **campum**: *only a marshy valley at that time.*

Rōmulus, ipse turbā fugientium āctus,<sup>1</sup> arma ad<sup>2</sup> caelum tollēns ita precātus est : “ Iuppiter, hīc in Palātiō pīma urbi fundāmenta iēci. Arcem iam Sabīni habent. Inde hūc tendunt.<sup>3</sup> At tū, pater deōrum hominumque, hinc arcē<sup>4</sup> hostēs. Dēme terrōrem Rōmānīs.<sup>5</sup> Hanc fugam foedam siste. Hīc ego tibi templum voveō.” Haec precātus Rōmulus, “ Rōmānī,” inquit, “ Iuppiter resistere atque iterāre pugnam iubet.”

Restitērunt Rōmānī, tamquam caelestī vōce iussī. Rōmulus ipse ad pīmōrēs prōvolat. Mettius Curtius<sup>10</sup> ēgerat Rōmānōs quantum tōtō forō spatium est<sup>6</sup> et nōn procul ā portā Palāti erat, clāmitāns:<sup>7</sup> “ Vīcimus perfidōs Rōmānōs. Virginēs rapere possunt, sed cum virīs pugnāre nōn possunt !” In eum ita glōriantem Rōmulus cum globō ferōcissimōrum iuvenum<sup>15</sup> impetum fēcit. Pulsum<sup>8</sup> eum Rōmānī persequuntur. Et alia Rōmāna aciēs, audāciā rēgis accēnsa, fundit Sabīnōs. In mediā convalle<sup>9</sup> duōrum montium Rōmānī Sabīnīque diū et āriter pugnant.

1. ipse . . . āctus: *himself carried along by the confused throng of fugitives.*

2. ad: *toward.*

3. tendunt: *are directing their course.*

4. arcē: *from arceō.*

5. Rōmānīs: *in the dative case, but translate, from the Romans.*

6. quantum . . . est: *literally, as much space as there is in the entire forum; better English, the entire length of the forum.*

7. clāmitāns: *frequentative, shouting repeatedly.*

8. pulsum: *from pellō.*

9. in mediā convalle: *in the center of the valley.*

Tum Sabīnae mulierēs, crīnibus passīs,<sup>1</sup> inter tēla volantia sē īferunt, et hinc patrēs, hinc virōs ḫrant ut finem pugnae faciant. Silentium et repentina



quiēs fit. Inde prōdeunt ducēs et foedus faciunt.  
5 Nōn pācem modo, sed cīvitātem ūnam<sup>•</sup> ex duābus faciunt, nam Sabīnī in urbem Rōmam ā Rōmānīs receptī sunt.

#### 47. *Message from Romulus*

Multis immortālibus operibus<sup>2</sup> factis ā Rōmulō, magna tempestās subitō coorta est cum magnō

- 1. passīs: from pandō.      founding and organizing the
- 2. immortālibus operibus: city.

fragōre tonitribusque, et rēgem tam dēnsō nimbo operuit ut cōspectum eius abstulerit.<sup>1</sup> Nec deinde in terris fuit Rōmulus. Postquam ex tam turbidō diē serēna et tranquilla lūx rediit, vacuam sedem rēgiam vīdērunt<sup>2</sup> Rōmānī.

Paucis post diēbus Rōmānus quidam, Prōculus nōmine, in cōtiōnem prōdit. "Rōmulus," inquit, "parēns huius urbis, p̄imā hodiernā lūce<sup>3</sup> caelō repente dēlapsus, mē ita adlocūtus est: 'Abī; nūntiā Rōmānis caelestēs velle'<sup>4</sup> ut mea Rōma caput orbis<sup>10</sup> terrārum sit. Proinde rem militārem colant, et posterīs trādant<sup>5</sup> nūllās opēs hūmānās armis Rōmānis resistere posse.' Haec locūtus, sublīmis<sup>6</sup> abiit."

#### 48. Trouble with *Alba Longa*

Albāni priōrēs<sup>7</sup> in agrum Rōmānum impetum fēcērunt. Castra ab urbe quinque milia<sup>8</sup> passuum<sup>15</sup>

1. abstulerit: verb of a result clause.

2. Some believed that Romulus was killed in the storm by jealous senators, while others held that he had been carried to the heavens. The story told here strengthened the latter opinion.

3. p̄imā hodiernā lūce: at the beginning of this morning's light.

4. caelestēs velle: that the heavenly ones desire.

5. colant et trādant: let them therefore cultivate military art and teach their descendants.

6. sublimis: on high.

7. priōrēs, etc.: were the first to make an attack. Robbery had caused hostilities.

8. quinque milia: Accusative of Extent.

locant. Fossā circumdant. Fossa Cluilia ab nōmine ducis per aliquot saecula appellāta est, dōnec cum rē nōmen quoque vetustāte abolēvit.<sup>1</sup> In his castrīs Cluilius rēx moritur. Dictātōrem Albānī Mettium 5 Fufētium creant.

Interim Tullus, nocte praeteritīs hostium castrīs, in agrum Albānum pergit, quae rēs ab castrīs Mettium excivit. Albānus dictātor dūcit militēs quam celer-rimē ad hostem. Inde lēgātūm praemissūm nūntiāre 10 Tullō iubet, opus esse conloquiō.<sup>2</sup> Tullus suās cōpiās ēdūcit. Exeunt contrā Albānī.

Cum paucīs procerūm in medium ducēs prōcēdunt. Ibi īfit Albānus :

“ Sī vēra potius quam speciōsa dīcenda sunt,<sup>3</sup> cupīdō 15 imperī duōs cōgnātōs vīcīnōsque populōs ad arma stimulat. Utrum rēctē an perperam, ego nōn inter-pretor.<sup>4</sup> Ūnum tē, Tulle, monitum volō.<sup>5</sup> Tū scīs

1. dōnec . . . abolēvit: until with the ditch itself the name also went out of use in the course of time.

2. opus esse conloquiō: that there was need of a conference. conloquiō is a peculiar use of the Ablative, regularly occurring in this expression.

3. Mettius declares, in substance, that if they are to discuss facts rather than specious

arguments, then it must be frankly admitted that lust for power is at the root of their quarrel; and the powerful Etruscans will destroy the two rivals when they are exhausted with fighting each other.

4. ego nōn interpretor: I do not undertake to say.

5. ūnum . . . volō: I wish you warned of one thing.

magis quam ego quanta Etrusca rēs circā nōs tēque maxime sit, quoniam propior es Tuscīs.<sup>1</sup> Multum illī terrā, plūrimum marī possunt. Memor estō, cum sīgnū pugnae dabis, Etruscōs hās duās aciēs spectātūrōs esse, ut fessōs cōflectōsque, simul victōrem et 5 vīctum, adgrediantur. Itaque, quoniam, nōn contentī<sup>2</sup> libertātē certā, in dubiam imperī servitīque aleam<sup>3</sup> īmus, ineāmus<sup>4</sup> aliquam viam quā sine multō sanguine dēcernī possit.”<sup>5</sup>

#### 49. *The Horatii and Curiatii*

Rēs<sup>6</sup> Tullō placet. Fortūna viam mōnstrāvit, nam 10 forte in duōbus exercitibus erant trigemini frātrēs, Horātī et Cūriātī. Cum his agunt<sup>7</sup> rēgēs ut prō suā quisque patriā dīmīcent ferrō.

Trigeminī arma capiunt, et in medium inter duās aciēs prōcēdunt. Signō datō, ternī iuvenēs con- 15 currunt. Statim duo Rōmānī aliis super alium exspīrantēs cecidērunt. Trēs Albānī vulnerātī sunt.

1. propior Tuscīs : the Roman should understand the dangerous situation better since he was nearer the Etruscans.

2. contentī: modifies the subject of īmus.

3. aleam: *struggle*; literally, *a throw of the dice*.

4. ineāmus: *let us find*.

5. dēcernī possit: *the matter can be settled*.

6. rēs: refers to the suggestion of Mettius, that the two kings find a way of adjusting their differences without losing so many soldiers that they might both fall before the Tuscans.

7. agunt: *arrange*.

Rōmānōs iam spēs tōta dēserēbat. **U**nū Horātium trēs Cūriātiī circumsteterant. Forte is integer fuit, sed, ut distraheret<sup>1</sup> hostēs, fūgit.



Iam aliquantum spatī fūgerat, cum videt ūnum ē s Cūriātiīs haud procul ab sēsē abesse. In eum magnō impetū rediit et eum interfēcit. Alterum deinde necāvit.

Iam singuli<sup>2</sup> supererant, sed nec spē nec vīribus

1. **ut distraheret**: the purpose of his fleeing, so that he might deal with his foes singly.

2. **singuli**: *one on each side.*

parēs.<sup>1</sup> Nec illud proelium fuit. Rōmānus Cūriātium occidit. Rōmāni grātulantēs Horātium domum dēdūcunt.

Sēpulchra exstant, quō locō quisque cecidit, duo Rōmāna ūnō locō propius Albam, tria Albāna<sub>5</sub> Rōmam versus.<sup>2</sup>

### 50. *Treachery of the Alban King*

Sed nōn diū mānsit pāx.<sup>3</sup> Mettius Fufētius, dux Albānōrum, sē invidiōsum<sup>4</sup> apud cīvēs vidēbat, quod bellum ūnō paucōrum certāmine fīnivisset.<sup>5</sup> Ut rem<sup>6</sup> corrigeret, Vēientēs et Fidēnātēs aduersus Rōmānōs<sub>10</sub> concitāvit.

Tullus Mettiō<sup>7</sup> imperat ut celeriter veniat. Duōs exercitūs contrā hostēs rēx Rōmānus dūcit. Ubi Aniēnem trānsiit, castra pōnit. Inter eum locum et Fidēnās exercitus Vēientium Tiberim trānsierat. Hī<sub>15</sub> in aciē prope flūmen tenēbant dextrum cornū; in sinistrō Fidēnātēs propius montēs cōsistunt.<sup>8</sup> Tullus

1. nec spē nec vīribus parēs: since one was wounded while the other was uninjured.

2. Rōmam versus: *toward Rome*.

3. pāx: the peace which followed the contest of the Horatii and Curiatii did not last long.

4. invidiōsum: *unpopular*.

5. finivisset: the reason of the critics, hence the subjunctive.

6. rem: his unpopularity.

7. Mettiō: he is now the vassal of Tullus and must help fight his battles.

8. cōsistunt: *take their position*.

adversus Vēientēs dērigit suōs; Albānōs contrā exercitum Fidēnātium conlocat.

Mettiō<sup>1</sup> nōn plūs animī erat quam fidei. Nec manēre nec apertē trānsire<sup>2</sup> ausus est. Itaque sēnsim ad montēs succēdit. Inde, ut tereret tempus,<sup>3</sup> ōrdinēs explicat. Cōnsilium eius erat, ēventum proelī exspectare et vīctōrem sequi.

Rōmānī, quī proximī stabant, territī sunt, ut latera sua nūdārī digressū sociōrum sēnsērunt. Eques, equō citātō,<sup>4</sup> nūntiat Tullō abīre Albānōs. Clārā vōce, ut hostēs exaudirent, Tullus equitem increpat his verbis:<sup>5</sup> “ Redī in proelium. Meō iussū Albānī ita faciunt, ut nūda terga Fidēnātium invādant.”

Terror ad hostēs trānsit,<sup>6</sup> nam vōcem clāram rēgis Rōmānī audiverant, et magna pars Fidēnātium Latīnē sciēbant.<sup>7</sup> Itaque, nē subitō ex collibus dēcursū Albānōrum interclūderentur ab oppidō, terga vertunt. Tullus, fūsō Fidēnātium cornū, in Vēientēs redit. Illi impetum nōn tulērunt. Aliī arma foedē iactantēs in

1. Mettius had no more courage than fidelity.

2. trānsire: to the Fidenates.

3. ut tereret tempus: to gain time.

4. equō citātō: with his horse at full speed.

5. Tullus shouts to the messenger that the movement

of the Albans, which appears to leave the Roman right exposed, is really an offensive movement planned by himself to shut the Fidenates off from a possible retreat into their town.

6. trānsit: from the Romans to their foes.

7. Latīnē sciēbant: understood the Latin language.

aquam caecī ruēbant; aliī, dum cūnctantur in rīpis,  
inter fugae pugnaeque cōnsilium, oppressī sunt.

Tum Albānus exercitus, spectātor certāminis, in campōs ā Mettiō dēductus est. Mettius Tullō grātulātur. Contrā<sup>1</sup> Tullus Mettium benignē adloquitur, et Albānōs castris Rōmānīs sē iungere iubet. Sacrifīcium lūstrāle<sup>2</sup> in diem posterum<sup>3</sup> parat.

### 51. *Punishment of a Traitor*

Ubi inlūxit,<sup>4</sup> Tullus utrumque exercitum<sup>5</sup> vocārī ad cōtiōnem iubet. Praecōnēs, ab extrēmō ūrsī,<sup>6</sup> prīmōs vocāvērunt Albānōs. Hī, ut rēgem Rōmānum cōn-<sup>10</sup>  
tiōnantem audīrent, proximī cōnstitērunt. Armāta legiō Rōmāna circumdātur. Centuriōnibus negōtium datum erat, ut sine morā imperia exsequerentur. Tum ita īfit Tullus:

“Rōmānī, sī umquam ūllō in bellō, prīmū dis<sup>15</sup> immortālibus, deinde vestrae virtūtī, grātiās agere dēbēbātis,<sup>7</sup> id hesternum proelium fuit. Dīmicāvistis enim nōn magis cum hostibus quam cum prōditiōne

- |   |  |
|---|--|
| 1. contrā: <i>in reply.</i>   | lowing the battle.   |
| 2. sacrificium lūstrāle :<br><i>purification rites,</i> after so<br>much bloodshed. | 5. utrumque exercitum :<br>the Roman army and their<br>Alban allies. |
| 3. in diem posterum: <i>for<br/>the following day.</i>                              | 6. ūrsī: participle of ūrdior.                                       |
| 4. inlūxit: on the day fol-   | 7. grātiās agere dēbēbātis :<br><i>you ought to thank.</i>           |

ac perfidiā sociōrum. Nam, nē vōs falsa opīniō teneat, iniussū meō Albānī subiērunt ad montēs. Ea culpa nōn omnium Albānōrum est; ducem secūti sunt. Mettius ille est dux itineris huius. Mettius s̄ idem<sup>1</sup> machinātor huius bellī est. Mettius foederis Rōmānī Albānique ruptor est."



Centuriōnēs armātī Mettium circumsistunt. Tum  
Tullus :

"Albānī, mihi est in animō populum omnem Al-  
bānum trādūcere Rōmam,<sup>2</sup> et ūnam urbem facere.

1. idem : also.

2. Rōmam : to Rome.

Ut ex ūnō quondam in duōs populōs Albāna rēs<sup>1</sup> dīvisa est,<sup>2</sup> sic nunc in ūnum redibit."

Albāni, inermēs et ab armātis saeptī, silentium tenent. Tum rēx Rōmānus :

"Mettī Fufēti,<sup>3</sup> tū nōn potes discere fidem ac foedera<sup>5</sup> servāre. Itaque mītem disciplinam adhibēre ego nōn possum. Quoniam tuum ingenium īsānābile est, tuō suppliciō docē hūmānum genus ea sāncta crēdere, quae ā tē violāta sunt. Ut paulō ante animum inter Fidēnātēs Rōmānōsque ancipitem gessistī, ita iam<sup>10</sup> corpus passim distrahētur."

Duābus quadrigīs admōtīs, inligat Mettium, deinde in dīversum iter<sup>4</sup> equī concitātī sunt, lacerum corpus portantēs, ā quō spectāculō omnēs oculōs āvertērunt.

## 52. *Captured by Trickery*

Urbem Gabiōs Tarquinius Superbus cēpit fraude<sup>6</sup><sup>15</sup> Sextī fili, quī ad Gabinōs sē contulit, patris saevitiam<sup>6</sup> in sē conquerēns.

1. Albāna rēs : the Alban commonwealth.

2. dīvisa est : at the founding of Rome.

3. Mettī Fufēti : remember how proper names in -ius form the vocative.

4. in dīversum iter : in oppo-

site directions.

5. fraude : through the trickery.

6. patris saevitiam : it was said that he even showed self-inflicted wounds, which he claimed had been inflicted by the king.

Benignē ā Gabinīs exceptus, paulātim eōrum benevolentiam cōsequitur. Ad postrēnum<sup>1</sup> dux belli factus est.

Tum ē suīs ūnum<sup>2</sup> ad patrem mittit, quī rogābat quid vellet. Pater nūntiō fili respondit nihil, sed in hortum trānsiit, ubi inambulāns, sequente nūntiō,<sup>3</sup> altissima papāverum capita dēcussit baculō.

Nūntius, fessus exspectandō,<sup>4</sup> rediit Gabiōs.<sup>5</sup> Sextus, cōgnitō silentiō patris et factō, intellēxit quid vellet pater. Itaque pīmōrēs cīvitātis interfēcit, patrique urbem sine proeliō trādidit.

### 53. *Horatius at the Bridge*

Tarquīnius<sup>6</sup> ad Porsennam, rēgem Clūsī,<sup>7</sup> fūgit et Etruscōs ērābat nē sē exsulāre paterentur. Hīs precibus audītīs, Porsenna magnō cum exercitū Rōmam profectus est.

Nōn umquam aliās ante tantus terror senātum occupāvit, adeō validum tum Clūsium erat magnumque Porsennae nōmen.

- 1. *ad postrēnum*: finally.
- 2. *ē suīs ūnum*: one of his staff.
- 3. *sequente nūntiō*: Ablative Absolute, *the messenger following him*.
- 4. *fessus exspectandō*: wearied by waiting.
- 5. **Gabiōs**: Limit of Motion.
- 6. After Tarquin's expulsion from Rome he made several attempts to regain the throne.
- 7. Clusium was among the most famous of the Tuscan cities.

Rōmānī ex agrīs in urbem dēmigrant et eam prae-sidiis saepiunt. Pōns sublicius<sup>1</sup> hostibus iter dare poterat, sed virtūs ūnius mīlitis urbem ab hōc periculō liberāvit.

Hic ūnus, Horātius nōmine, positus forte in statiōne<sup>5</sup> pontis,<sup>2</sup> vīdit Iāniculum captum ab Etruscīs et hostēs dēcurrere ad pontem.

Militēs praesidiū perterritī arma ūrdinēsque relin-quunt. Hōs Horātius reprehēnsāns singulōs ita monet :

“ Nēquīquam fugitis, praesidiō dēsertō ;<sup>3</sup> nam, si pontem ā tergō relinquētis, iam plūs hostium in Palātiō Capitōliōque erunt quam in Iāniculō. Interrumpite pontem ferrō aut ignī. Ego impetum hostium, quantum poterō,<sup>4</sup> excipiam.”<sup>15</sup>

Vādit inde in pīnum aditum pontis,<sup>5</sup> et mīrāculō ipsō audāciae hostēs obstupefēcit. Duo Rōmānī, Spurius Larcius et Titus Herminius nōmine, secūti sunt, pudōre adducti, et hī pīmam periculī procellam sustinēbant.<sup>20</sup>

Deinde, exiguā parte relīcta, eīs qui pontem

1. **pōns sublicius** : this bridge connected the city with the Etruscan side of the river.

2. **positūs in statiōne pontis** : stationed on picket duty at the bridge.

3. **praesidiō dēsertō** : if you

*forsake your post.*

4. **quantum poterō** : *as far as I can.*

5. **pīnum aditum pontis** : *the beginning of the approach to the bridge, on the Tuscan side of the river.*

rescindēbant revocantibus,<sup>1</sup> Horātius duōs amīcōs suōs cēdere in tūtum coēgit.

Circumferēns mināciter oculōs ad procerēs Etrus-cōrum, nunc singulōs prōvocat, nunc omnēs increpat.



5 Aliquamdiū cūnctātī sunt. Alius alium circum-spectant.<sup>2</sup> Pudor deinde aciem commōvit, et clāmōre

i. revocantibus: calling to  
the three Romans to hasten  
back before the bridge fell.

2. alius alium circumspec-tant: *they look one toward an-other.*

sublātō undique in ūnum hostem tēla coniciunt. Sed subitō auditur fragor ruptī pontis, et clāmor Rōmānōrum impetum hostium sustinuit. Tum Horātius :

“Tiberine pater, tē precor, haec arma et hunc militem propitiō flūmine accipe.” 5

Ita armātus in Tiberim dēsiluit et, multīs superincidentibus tēlīs,<sup>1</sup> incolumis ad suōs trānāvit.

Statua Horāti in comitiō posita est. Agrī quantum ūnō diē circumarāre potuit ei datum est.

#### 54. *Mucius Scaevola*

Porsenna, prīmō cōnātū<sup>2</sup> repulsus, cōnsiliīs ab 10 oppugnātiōne ad obsidiōnem versīs, praesidiō in Iāniculō locātō, ipse in ripīs Tiberis castra posuit.

C. Mūcius, adulēscēns nōbilis, penetrāre in Etruscōrum castra cōstituit. Senātum adit. “Trānsire Tiberim,” inquit, “et intrāre, sī poterō, castra hostium 15 volō. Magnum, sī dī iuvant, in animō est facinus.” Approbant patrēs. Abditō intrā vestem ferrō, proficiscitur.

Ubi in hostium castra vēnit, in turbā prope rēgium tribūnal cōstituit. Ibi stīpendium militibus forte 20 dabātur. Mūcius Porsennam ignōrat, et scribam cum

1. multis superincidentibus tēlīs: Ablative Absolute, though many weapons fell above him. Pons Sublicius which Horatius held so courageously. Porsenna was compelled to resort to a siege.

2. prīmō cōnātū: at the

rēge sedentem interfēcit. Comprehēnsus ā rēgiīs custōdibus, et ad rēgem dēductus, Mūcius "Rōmānus



sum," inquit, "cīvis; mē Gāium Mūcium vocant. Hostis hostem<sup>1</sup> occidere volui, nec ad mortem minus  
5 animī est quam fuit ad caedem. Et facere et pati

1. **hostis hostem**: Mucius asks for no favor.

fortia Rōmānum est.<sup>1</sup> Nec ūnus in tē ego hōs animōs<sup>2</sup> gessī; longus post mē ōrdō est idem petentium decus.<sup>3</sup> Ferrum hostemque in vestibulō rēgliae habēbis. Nōs, iuventūs Rōmāna, tibi bellum indicimus.”

Rēx, īfēnsus īrā periculōque conterritus, ignēs<sup>4</sup> circumdari Mūciō iussit. Sed Mūcius ipse dextram suam accēnsō ad sacrificium foculō iniēcit. Tum Porsenna ab sede suā prōsiluit et iuvenem ab altāribus āmovērī iussit, clāmitāns : “Tē iūre bellī liberum<sup>5</sup> nunc dīmittō.”

Rediit Rōmam Mūcius, cui posteā ā clāde dextrae cōgnōmen Scaevolae<sup>6</sup> datum est.

### 55. *Honesty of Fabricius*

Ex lēgātīs quī ad Pyrrhum<sup>7</sup> vēnerant fuit Gāius Fabricius.<sup>8</sup> Ei obtulit Pyrrhus mūnera atque aurum, quae repudiāvit Fabricius.

1. The subject of *est* is *pati*; *Rōmānum* is a predicate adjective.

2. *hōs animōs*: *this feeling*.

3. *longus . . . decus*: *there is behind me a long line of those seeking the same glory (of slaying Porsenna)*.

4. *ignēs*: *of torture*. Mūcius anticipates him by thrusting his own hand into the fire on the altar.

5. *iūre bellī liberum*: *freed from the law of war*.

6. *Scaevola*: the word means left-handed.

7. *Pyrrhum*: this famous warrior had come into Italy to assist the southern cities that resisted Roman control.

8. *Gāius Fabricius*: a Roman consul of the most frugal habits and strictest integrity.

Posterō diē rēx, quī Pyrrhum exterrēre cōspectū subitō elephantī volēbat, imperāvit suīs ut, Fabriciō sēcum conloquente,<sup>1</sup> bēlua post aulaeum admovērētur.

Quod ubi factum est, signō datō remōtōque aulaeō, bēlua stridōrem horrendum ēmīsit, et proboscidem super Fabricī caput dēmisit.

Sed ille,<sup>2</sup> subridēns :

“ Neque herī mē aurum tuum pellēxit, neque hodiē terruit bēlua tua.”

10 Fabrici admīrātus virtūtem Pyrrhus illum sēcrētō invitāvit ut patriam dēsereret et ad sē veniret, quartā parte etiam regnī suī oblātā.<sup>3</sup> Rēgi Fabricius ita respondit : “ Sī mē virum bonum iūdicās, cūr mē vīs corrumpere ? Sīn vērō malum, cūr mē invitās ? ”

15 Medicus rēgis<sup>4</sup> nocte ad Fabricium vēnit eīque ita pollicitus est : “ Sī praemium mihi dabis, Pyrrhum venēnō necābō.” Hunc Fabricius vīctum redūcī iussit ad dominum, et Pyrrhō dīcī quae contrā caput<sup>5</sup> eius medicus spoondisset. Tum rēx dīxisse fertur :<sup>6</sup>  
20 “ Ille est Fabricius, quī difficilius ab honestātē<sup>7</sup> quam sōl ā suō cursū potest āvertī ! ”

1. Fabriciō sēcum conloquente: while Fabricius was talking with him.

2. sed ille: some word like dixit is understood.

3. quartā . . . oblātā: promising him even a fourth part

of his kingdom.

4. rēgis: Pyrrhus.

5. contrā caput: against his life.

6. fertur: is said.

7. ab honestātē: from the pathway of honor.

## 56. *Ambition Denounced*

Cineās,<sup>1</sup> lēgātus in Pyrrhī castrīs, cōnsilia rēgis nōn semper probābat.<sup>2</sup>

Quondam Pyrrhus dīxit sē velle Italiam superāre, et Cineās “Superātis Rōmānīs”<sup>3</sup> inquit, “quid est tibi in animō facere, ō rēx?”<sup>5</sup>

“Italiae<sup>4</sup> vīcina est Sicilia,” inquit Pyrrhus, “nec difficile erit eam armīs occupāre.”

Tum Cineās: “Occupātā Siciliā, quid posteā faciēs?”

Rēx, qui nōndum mentem Cineae perspiciēbat, “In Africam,” inquit, “trānsire mihi in animō est.”<sup>10</sup>

Cineās: “Quid deinde, ō rēx?”

“Tum dēnique, mī Cineās,” inquit Pyrrhus, “nōs<sup>5</sup> quiētī dabimus.”

Celeriter respondit Cineās: “At cūr nōn vīs istam quiētem iam nunc<sup>6</sup> possidēre?”<sup>15</sup>

## 57. *Hannibal's Jest*

In librīs veterum memoriārum<sup>7</sup> scriptum est<sup>8</sup>  
• Hannibalem<sup>9</sup> Carthāginiēnsem apud rēgem Antiochum facētissimē cavillātum esse.

1. Cineās: one of the ablest lieutenants Pyrrhus had.

2. probābat: *approve*.

3. superātis Rōmānīs: af- ter conquering the Romans.

4. Italiae: Dative.

5. nōs: Accusative.

6. iam nunc: *at this moment*.

7. veterum memoriārum: *of the old records*.

8. scriptum est: the subject is Hannibalem cavillātum esse.

9. Hannibalem: the distin-

Ea cavillatiō huiusce modi fuit :

Ostendēbat ei Antiochus in campō cōpiās ingentīs, quās comparāverat ut populō Rōmānō bellum inferret. Convertēbat exercitūm insignibus<sup>1</sup> argenteis et aureis s flōrentem. Inducēbat etiam currūs cum falcib⁹ et elephantōs cum turrib⁹ et equitātum frēnis, ephippiis, monilib⁹, phaleris praefulgentem.

Atque ibi rēx, contemplatiōne tantī ac tam ornāti exercitūs glōriābundus, Hannibalem adspicit, et  
io “Putāsne,” inquit, “satis esse<sup>2</sup> Rōmānīs haec omnia?”

Tum Poenus, ēlūdēns ignāviam imbelliamque mīlitūm eius pretiōsē armātōrum, respondit :

“Satis, plānē satis, esse crēdō Rōmānīs haec  
15 omnia, etiamsī avārissimī sunt.”

Nihil prōrsum neque tam lepidē neque tam acerbē dicī potest. Rēx dē numerō exercitūs suī quaesiverat ; respondit Hannibal dē praedā.

### 58. *The Heavenly Bodies*<sup>3</sup>

Mundus est ūniversitās rērum, in quō omnia sunt  
20 et extrā quem nihil est.

guished Carthaginian general who after the final successes of the Romans retired to the court of Antiochus.

1. insignibus : to be connected with flōrentem.

2. satis esse : to be enough for, i.e. be a match for.

3. This treatise on the heavenly bodies was written by Lucius Ampelius, who lived in the third century A.D.

Elementa mundi sunt quattuor: ignis, ex quō est caelum; aqua, ex quā ōceanus est; āēr, ex quō venti et tempestātēs sunt; terra, quam propter fōrmam eius orbem<sup>1</sup> terrārum appellāmus.

Caelī regiōnēs sunt quattuor: oriēns, occidēns, <sup>5</sup> meridiēs, septentriō.

Caelum dīviditur in circulōs quīnque: arcticum et antarcticum,<sup>2</sup> qui ob nimiam vim frigoris inhabitābiles sunt; aequinoctiālem, cui subiacet<sup>3</sup> regiō quae nōn incolitur ob nimiam vim ardōris; brūmālem <sup>10</sup> et sōlstitiālem, sub quibus hābitātur,<sup>4</sup> sunt enim temperatissimi, per quōs obliquus circulus<sup>5</sup> vādit cum duodecim sīgnis in quibus sōl annum cōnficit cursum.

Signa sunt in caelō duodecim:

Ariēs, beneficiō Liberī,<sup>6</sup> quod, cum is<sup>7</sup> exercitum<sup>8</sup> in Indiam per Libyam dūceret per loca sicca et arēnōsa,

1. To the Romans the world consisted of the lands about the Mediterranean, and these were arranged, roughly, in the form of a circle (*orbis*).

2. These divisions correspond to similar ones upon the earth.

3. *cui subiacet*: *under which lies*.

4. *habitātur*: used impersonally. Translate, *men dwell*.

5. The ecliptic, the apparent pathway of the sun in the heavens.

6. *beneficiō Liberī*: *through the favor of Liber*.

7. *is*: refers to Liber, who was said to have journeyed to the most distant parts of the earth when spreading his worship among the nations.

8. *exercitum*: *his train of followers*.

cum aquae inopia esset et exercitus sitī adfligerētur, ariēs eīs aquam dēmōnstrāvit.

Taurus, quī sēnsum hūmānum figūrā taurī continēbat; is Iovis iussū Eurōpam Agēnoris filiam Crētam<sup>1</sup> dēs portāvit. Ob eam rem Iuppiter inter sīdera eum posuit.

Gemini, quōs aliī Castōrem et Pollūcem dīcunt.

Cancer, receptus inter sīdera beneficiō Iūnōnis, quod eius<sup>2</sup> iussū, cum Herculēs missus esset ut hydram Lernaeam, quam nōs excetram dīcimus, interficeret, carcinus, quī Herculis pedēs et crūra laniābat, incommodiōrem faciēbat eum<sup>3</sup> quam ipsa excetra. Ob id factum carcinum Iūnō inter sīdera posuit.

Leō, quem Herculēs dicitur interfēcisse, eiusque pellem posteā prō tegumentō habuisse. Leōnem caelestī dignitāte Iūnō est honōrāta.

Virgō, quam nōs Iūstitiam dīcimus,<sup>4</sup> fuit cum hominibus. Sed postquam hominēs male facere coepērunt, Iuppiter eam inter sīgna posuit.

Libra, quī primus dīcitur librae pondus hominibus invēnisse, ideōque in numerum stellārum receptus est, et Libra est dictus.

Scorpius, quī ad pernīciem Oriōnis<sup>5</sup> nātus est.

1. Crētam: Limit of Motion: hence, no preposition. The fable of the carrying away of Europa by the bull is a personification of the colonization of the West from the East.

2. eius: refers to Juno.  
3. incommodiōrem faciēbat eum: *made him more trouble.*  
4. dīcimus: *call.*  
5. ad pernīciem Oriōnis: *for the destruction of Orion.* Ac-

Iuppiter et scorpiōnem et Ōrīōnem inter sīdera re-  
cēpit.

Sagittārius, quem Mūsae semper dīlēxērunt.

Capricornus, cui nōmen Pān est. Quō tempore<sup>1</sup>  
Typhōn profectus est ad bellum,<sup>2</sup> Pān sē in caprae<sup>5</sup>  
figūram convertit. Diī immortālēs, igitur, postquam  
Typhōnem dignā poenā<sup>3</sup> adfēcērunt, Pāna<sup>4</sup> astrōrum  
memoriā decorāvērunt.

Aquārius, qui dicitur esse Deucāliōn<sup>5</sup> Thessālus,  
qui, cum maximō cataclysmō cum uxōre Pyrrhā sōlus<sup>10</sup>  
ēvāsisset, pietātis causā inter sīdera locātus est.

Piscēs, quia bellō Gigantū<sup>6</sup> Venus in piscem sē  
trānsfigūrāvit.

Praeter<sup>7</sup> haec duodecim sīgna, potentissima sīdera  
in caelō sunt: Septentriōnēs duo, Maior et Minor,<sup>8</sup><sub>15</sub>  
qui numquam merguntur,<sup>9</sup> ideōque nāvium cursūs re-  
gunt; Boōtēs, idem<sup>10</sup> Arctūrus; Ōrīōn, qui magnitū-  
cording to the fable Orion  
boasted that he could slay any-  
thing that came from the earth,  
whereupon the gods, angered  
at his audacity, sent the scor-  
pion to slay him.

1. *quō tempore*: *at the time when.*

2. *bellum*: *against the gods.*

3. *dignā poenā*: *he was bur-  
ied under Mount Aetna for his  
impiety.*

4. *Pāna*: *a Greek form of*

the accusative.

5. For the story of Deuca-  
lion and Pyrrha, see the selec-  
tion from Ovid, "Creation and  
the Flood."

6. *bellō Gigantū*: *the war  
of the Giants upon the gods.*

7. *praeter*: *in addition to.*

8. *Maior et Minor*: *the  
Great Bear and the Little Bear.*

9. *merguntur*: *i.e. below  
the horizon.*

10. *idem*: *also called.*

dine suā dīmidiam caelī obtinet partem; Plēiadēs, quī Latinē Vergiliae dīcuntur; Hyadēs, quārum ortūs et occāsūs ā nautis et ab agricolīs observantur; Canicula, cuius vīs praecipuē sōlstitiō est. Stellae potētissimae in caelō sunt septem: Saturnus, Sōl, Lūna, Mārs, Mercūrius, Iuppiter, Venus, quae ā Graecīs planētae, ā nōbis erraticae dicuntur, quia ad arbitrium suum vagantur et mōtū suō hominum fāta moderantur.

## EARLY HYMNS

### 59. *Morning Song*

Fulgentis auctor<sup>1</sup> aetheris,  
Quī lūnam lūmen<sup>2</sup> noctibus,  
Sōlem diērum cursibus  
Certō fundāsti trāmite ;<sup>3</sup>

Nox ātra iam dēpellitur,  
Mundi nitor renāscitur,  
Novusque iam mentis vigor,  
Dulcēs in āctūs ērigit ;

Laudēs sonāre iam tuās  
Diēs relātus admonet,  
Vultusque caelī blandior  
Nostra serēnat pectora.

There are many hymns of the sort given here, some of them very beautiful. They were produced and used by the early Christian Church in the first centuries of its existence. No hymns of which the authors' names are known are found

earlier than the fourth century.

1. Vocative.

2. lūmen : *as the light.*

3. certō trāmite : the unerring accuracy of the heavenly bodies in their movements did not escape the notice of the ancients.

Vitēmus<sup>1</sup> omne lūbricum,<sup>2</sup>  
 Dēclinet prāva<sup>3</sup> spīritus,  
 Vītam facta nōn<sup>4</sup> inquinent,  
 Lingua in culpā nōn impicit.

60. *Dē Vitā Hominis*

5      Vīta nostra, plēna bellīs,<sup>4</sup>  
       Inter hostēs, inter arma  
       Mōre belli vīvitur.

Nūlla lūx it absque pugnā,  
 Nūlla nox it absque lūctū,  
 Et salūtis aleā.<sup>5</sup>

10     Sed timōris omnis expers,<sup>6</sup>  
       Stābō firmus inter arma,  
       Nec timēbō vulnera.

Nōn morābor<sup>7</sup> hostis irās,  
 Nōn timēbō pūblicāsve  
 Callidāsve machinās.

1. vitēmus: *let us avoid.*

a fierce warfare with the powers of evil.

2. lūbricum, prāva: *slip-  
pery, crooked.* Translate by more formal terms, such as *wrong, evil.*

5. risk.

3. In more classical Latin nē would be here used instead of nōn.

6. timōris expers: *without fear.* The base of *expers* is *pars, a part.* The genitive is therefore a Genitive of the Whole.

4. plēna bellīs: *filled with  
struggles.* Life is pictured as

7. nōn morābor: *I shall give no heed to.*

Ecce, caelī lapsus arcū  
 Atque spissā nūbe tēctus,  
 Rēctor ipse sīderum,  
 Contrā saevōs mentis hostēs  
 Proeliantem mē tuētur,  
 Bella prō mē suscipit.<sup>1</sup>

5

Franget arcūs et sagittās,  
 Ignibusque <sup>2</sup> sempiternīs  
 Arma trādet hostium.  
 Ergō stābō sine metū ;  
 Generōsē superābō  
 Hostium saevitiam.

10

1. *undertakes.*2. Indirect object of *trādet*.

# FROM THE PSALMS

## 61. *Psalmus I*

Beātus vir,<sup>1</sup> qui nōn abiit in cōnsiliō impiōrum, et in viā peccātōrum nōn stetit, et in cathēdrā pestilentiae nōn sēdit;

Sed in lēge Dominī voluntās eius, et in lēge eius meditābitur diē ac nocte.<sup>2</sup>

Et erit tamquam lignum<sup>3</sup> quod plantātum est secus dēcursūs aquārum, quod frūctum suum dabit in tempore suō;

Et folium eius nōn dēfluet; et omnia quaecumque faciet prōsperābuntur.

Nōn sīc impiī, nōn sīc, sed tamquam pulvis, quem prōicit ventus ā faciē terrae.

Ideō nōn resurgent impiī in iūdiciō, neque peccātōrēs in conciliō iūstōrum.

Quoniam nōvit Dominus viam iūstōrum; et iter impiōrum peribit.

## 62. *The Shepherd Psalm*

Dominus regit<sup>4</sup> mē, et nihil mihi deerit.

In locō pascuae ibi mē conlocāvit. Super aquam refectiōnis ēducāvit mē.

